

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prudencia siue prouidencia u
cum fontibus primis

Bonum est
in alieno malo fugienda intueri.

Bonum est
fugienda aspicere in alieno malo.

Publilius Syrus, *Sententiae* (E. Woelfflin ed., p.68, l.47).

Ruina precedentium posteros
docet, et caucio est semper in reliquum
lapsus anterior.

ruina praecedentium posteros
docet: cautio est semper in reliquum
lapsus anterior.

Ennodius Ticinensis, *Vita Epiphanii*
(CSEL 6, W. Hartel ed., p.364, ll.12-14).

Ex uicio enim alterius sapiens emendat
suum;

Ex uicio alterius sapiens emendat
suum.

Publilius Syrus, *Sententiae* (E. Woelfflin ed., p.75, l.150).

et
ignauus nimis est qui post exemplum
inuenitur incautus.

Ignauus nimis est qui post exemplum
inuenitur incautus.

Petrus Chrysologus, *Collectio sermonum*, 79.4 (CCSL 24A, A. Olivari ed., p.485, ll.52-53).

Indempnis autem est castigatio quam
persuaserunt exemplaria,

Indempnis est enim castigatio quam
persuadent exemplaria.

Gualterus Map, *Dissuasio Valerii ad Rufinum ne ducat uxorem* (M.R. James, C.N.L. Brooke, R.A.B. Mynors eds., p.298).

iuxta illud:
Felix quem faciunt aliena pericula
cautum.

Felix, quem faciunt aliena pericula
cautum.

Seneca in prouerbiis.

H. Walther ed., *Prouerbia sententiaeque Latinitatis medi aevi*, #8952.